

Bonum annum! (Bonne année !)

Mox incohábitur novus annus. Quid autem de te? Quo modo te habes? Putásne annum futúrum esse bonum an malum? Respónde quaestió nibus, et hoc scies!

1. Media nocte, quid familiáribus tuis optas?

- a ☐ multum amóris.
- b ☐ multum fortúnae.
- c ☐ bonam valetúdinem.



2. Cogitásne saepe de somniis, quae hoc anno vis ad efféctum addúcere?

- a ☐ certe!
- b ☐ intérdum, si tempus mihi est.
- c ☐ raro: tempus deest!



3. Cum cógitas de novo anno, es...

- a ☐ laetíssimus / laetíssima
- b ☐ spei plenus
- c ☐ paulum tímídu s / tímída



4. Quid ages primo anni die?

- a ☐ dormies post festum actum.
- b ☐ amícos visitábis.
- c ☐ nescis... nihil praevideári potest.



5. Quem velis primo anni die conveníre?

- a ☐ eum aut eam, quem aut quam semper amábis.
- b ☐ cantórem quem admiraris.
- c ☐ omnes quos amas.



6. Si tibi est tapéte volans, quid fácere vis?

- a ☐ orbem terrárum circumíre.
- b ☐ Euró pam lustráre.
- c ☐ Parvam ambulatió nem fácere.



Responsum

Si plerúmque respondisti A :

Tu multa nova expéctas! Multa somnia habes, quae ad efféctum addúcere vis. Annus erit bonus et vita tibi favébit, quia tu faves vitae.

Si plerúmque respondisti B :

Tibi est vis et bonus ánimus; tamen non multum cógitas de futúris: maris praeséntia curáre. Rationáliter vivis, atque ea de causa annus tibi erit lautus!

Si plerúmque respondisti C :

Quamquam magnam vim habes, res ignótas páullulum times. Hoc autem anno multae occasiónes tibi praebebúntur, et annus erit felicíssimus!

